



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

C. Conrad Dequede überläßt dem Georgenhospital Pächte aus dem Dorfe  
Siepe, am 26. April 1330.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XCIX. Herzog Otto von Braunschweig und die Herzogin Agnes incorporiren der Stadt Salzwedel das Dorf Bddenstedt, am 5. April 1330.

Dei gratia Nos Otto, Dux in Brunelwiche, antique Marchie Dominus, Ac Agnes, eadem gratia ibidem Ducissa, Tenore presentium recognoscimus publice profitentes, quod nos ducti consilio nostrorum fidelium villam Bodenstede, sitam juxta civitatem nostram Soltwedel, cum omnibus suis bonis sitis in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, piscationibus cum omni iure basso et alto ac omni proprietate et libertate, quibus ipsam dilecti nostri ciues antique ciuitatis Soltwedel hactenus possederunt, incorporamus presentibus seu locamus ciuibus nostris jam dicte ciuitatis Soltwedel temporibus perpetuis absque molestia ad jus ciuitatis pacifice possidendam, ita quod quilibet duo mansi predictae ville Bodenstede pro uno de cetero debent computari, et de unoquoque manso sic computato utique in festo beati Martini, de isto anno et annis singulis subsequens, prout suetum est fieri de ceteris mansis predictae antique ciuitatis Soltwedel, unus ferto argenti nobis ac nostris successoribus debet erogari, preter Scultetum qui suos duos mansos, sicuti ceteri Sculteti assolent, liberos possidebit. Vt premissa singula per nos et nostros successores inuiolabiliter perpetuo obseruentur, presentem super ipsis paginam conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum appensione lucidius communiri. Datum in castro nostro Tangermunde, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX, bona quinta feria, presentibus Domino Conrado preposito ibidem in Tangermunde, Borchardo de Bertensleue, Conrado de Osterborch, militibus, Johanne apud fontem, Gherardo Thuriz ciuibus nostris in prenotata antiqua ciuitate Soltwedel, et aliis multis ydoneis ad hoc pro testibus vocatis.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives III, 17.

C. Conrad Dequede überläßt dem Georgenhospital Pächte aus dem Dorfe Siepe, am 26. April 1330.

Tenore presentium pateat vniuersis, Quod ego Conradus de Dequede, morans in villa dolchov, solempnj vendicionis tytulo rite et rationabiliter vendidj honestis viris domino heyfoni de Thuritz ac Wessokino, cuij in Soltwedel, prouisoribus sancti Georrij, siti foris ciuitatem iam dictam soltwedel, ad manus eiusdem sancti Georrij, dimidium chorum reddituum situm in villa Sypen in curia nunc Wyllekini caluj, hereditarie et pacifice absque omni impetitione, quemadmodum ipsum possedi hucusque, post obitum dilecti mej patris perpetuis temporibus possidendam. Nichilominus eidem domino heyfoni et Wessokino dictum dimidium chorum, ut juris est, debeo debite warandare et in bonum, prout hactenus feci et de cetero mea bona faciam, plene conseruare, quousque ad manus illius predictum dimidium chorum resignaero, cuj antedicti prouisores concorditer mihi dixerint resignandum, per illustres dominum nostrum Ottonem, in Brunelwic ducem, ac agnetem, ibidem ducissam, legitime conferendum. In cujus vendicionis mee et ceterorum premissorum lucidius testimonium et euidentiam clariorem presenti super ipsis conscripte meum sigillum ex mera mea scientia dignum duxi appendendum. Datum anno do-



minj M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>., feria quinta post marci ewangeliste, presentibus Johanne Bertoldj pro-  
 consule, Thybolk Thywytinges, Stephano thuritz, Johanne latekote, ciuibus in salt-  
 wedel, ac alijs multis ad hoc pro testibus vocatis et rogatis.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Saltwedel, Fach 39, No. 38.

CI. Dieterich, Bernhard und Werner von der Schulenburg verkaufen Gebungen aus Salfeld  
 zu einem Altare in der St. Lorenzkirche zu Saltwedel, am 1. Mai 1330.

Nos Thidericus, Bernardus et Wernerus, milites et germani, dicti de Schulen-  
 borch, nostrique veri heredes uniuersis Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit cu-  
 pinus fore notum, quod unanimi voluntate et consensu vendidimus iusto venditionis titulo domino  
 Johanni sacerdoti filio Nicolai de Gorzeke XXX modios siliginis pro XVI marcis minus fer-  
 tone Stendalgenfis argenti in villa Zeluelde sitos in curia Thebele, cum aduocacia intra sepes  
 ejusdem curie, cum decima minuta et pullo dicto rochun ac XX denariis censualibus suisque atti-  
 nentiis uniuersis in villa, campis, pratis, aquis, pascuis, siluis, exceptis lignis dictis Heynholt, ad altare  
 situm in ecclesia B. Laurentii in Saltwedel ad sinistram manum versus castrum, consecratum in  
 honorem B. apostolorum Petri, Pauli, Jacobi et Mathei, nichil juris nobis et nostris veris heredibus  
 in predicta curia preter solam precariam hereditariam, que ad castrum Bezendorp pertinere  
 dignoscitur, referuantes. Proprietatem vero super premissis bonis procurabimus de nostris bonis  
 infra hinc et festum Philippi et Jacobi anno reuoluto. In horum autem pacificam possessionem ho-  
 norum Dominum Johannem predictum sacerdotem ad manus Frederici clerici, filii Bodonis cer-  
 donis, noue ciuitatis Saltwedel ciuis, predicti altaris Vicarii, per Vickonem dictum Broken,  
 nostrum famulum, nostra ex vera iussione fecimus introduci ad usum sepedicti altaris temporibus  
 presentibus et futuris. Quod si eorundem honorum proprietatem infra premissam terminum procur-  
 rare non possemus quod absit, tunc quidquid idem dominus Johannes una cum Bodone presato,  
 patre Frederici, Vicarii altaris sepius memorati, vel quibus ipsi commiserint, si medio tempore dece-  
 derint, statuerunt faciendum integraliter faciemus. In cujus venditionis et emptionis euidentis testi-  
 monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>., in die Phi-  
 lippi et Jacobi apostolorum beatorum.

Gerken's Dipl. II., 604—606.

CII. Bischof Hermann's Ablafsbrief für den Kaland in Saltwedel, vom 25. November 1331.

Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras uisuris uel auditoris frater hermannus, dei gra-  
 tia Belouilonensis ecclesie episcopus, gerens vices in pontificalibus venerabilium virorum  
 dominorum Monasteriensis et paderbornensis ecclesiarum episcoporum, salutem in domino. Quoslibet  
 Cristi fideles ad zelum deuotionis et ad opera caritatis inuitare cupientes, omnibus vere penitenti-